

ἀπληγεῖς (στίχοι) /inlibati (versus)

DIOM. GL I 498. 24 sqq. optimi versus dena proprietate spectantur, principio ut sint inlibati, iniuges, aequiformes, quinquipartes, partipedes, fistulares, aequidici, teretes, sonores, vocales. itaque et Graeci suos nuncupant ἀπληγεῖς, ἀζυγεῖς, ἀπρόσχημοι, πενταμερεῖς, ποδομερεῖς, συρ<ιγγ>όποδες (syropodis *B*, siropodis *A*, csyropodis *M*, *corr. ap. Liddell-Scott lex.*), ἰσόλεκτοι, κυκλοτερεῖς, ἤχητικοί, φωναστικοί ... 498. 30 sqq. igitur inlibati sunt qui integra et plenissima dictione firmantur, ut: (Verg. *georg.* I 45)

depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro.

est enim versus integer et nullo vitio contaminatus.

[*B.M.*]